Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XXVI. Vt episcopus dißidentes concordare compellat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

Visual Library

pus ſine conſilio.

rum, clericos non ordinet, ita vt ciuium conniuentiam & teſtimonium quærat.

Anno Christi 398.

Admodum antiqui codices hic addunt: Quod ſi præaccepta ordinatione in fraude inuentus fuerit, ipſi qui eum teſtimoniant, quamdiu epiſcopo viſum fuerit, ab eccleſiæ liminibus arceantur.

XXIII.

15. q. 7. Nullius cauſam. De conſe. diſt. 1. Sacerdote ver.

Vt epiſcopus nullius cauſam audiat abſque præſentia clericorum ſuorum: alioquin irrita erit ſententia epiſcopi, niſi clericorum præſentia confirmetur.

XXIV.

Diſt. 90. Diſſiden.

Sacerdote verbum faciente in eccleſia, qui egreſſus de auditorio fuerit, excommunicetur.

XXV.

Diſt. 90. Statuendũ eſt epiſcopis.

Diſſidentes epiſcopos, ſi non timor Dei, Synodus reconciliet.

XXVI.

Statuendum eſt epiſcopis, vt diſſidentes fratres, ſiue clericos, ſiue laicos, ad pacem magis quam ad iudicium cohortentur.

XXVII.

7. q. 1. Epiſcopus de loco ignobili.

Vt epiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat, nec quiſquam inferioris ordinis clericus. Sane ſi id vtilitas eccleſiæ fiendum popoſcerit, decreto pro eo clericorum & laicorum epiſcopis porrecto, * in præſentia Synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius epiſcopo ſubrogato. Inferioris vero gradus ſacerdotes, vel alii clerici, conceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

* per ſententiam